

*et spe in Deo, de humilitate et patientia, de castitate et continentia, de benignitate et misericordia, de elemosinis et confessione peccatorum suorum* <sup>x)</sup>, *et ut debitoribus suis secundum dominicam orationem sua debita dimittant: scientes certissime, quod qui talia agunt, regnum Dei possidebunt.*

*Et hoc ideo diligentius iniungimus vestrae caritati, quia scimus temporibus novissimis pseudodoctores esse venturos, sicut ipse Dominus in evangelio praedixit, (Matth. 24, 11) et apostolus Paulus ad Timotheum testatur. (1. Tim. 4, 1) y). Ideo, dilectissimi, toto corde praeparemus nos in scientia veritatis, ut possimus contradicentibus veritati resistere* <sup>z)</sup>, *et divina donante gratia verbum Dei crescat et currat et multiplicetur in profectum sanctae Dei ecclesiae et salutem animarum nostrarum et laudem et gloriam nominis domini nostri Iesu Christi.*

Wenn Alcuin an der Abfassung der Admonitio teil hat, dann müssen im Text mit einer gewissen Wahrscheinlichkeit auch rhythmische Satzschlüsse vorkommen, denn in anderen Texten werden sie von Alcuin ziemlich häufig verwendet. In der Tat begegnen sie auch in der Admonitio. Hier seien nur einige Beispiele genannt:

*régis cleméntiam* <sup>31)</sup>, *conserváre dignétur* <sup>32)</sup>, *rogáre solértiam* <sup>33)</sup>, *dúcere studeátis* <sup>34)</sup>, *necessária videbántur* <sup>35)</sup>, *cohortáre studémus* <sup>36)</sup>.

---

*duplex esse debet; id est Dei et proximi ... a. a. O. S. 120/Z. 23 f.: ... id est in caritate Dei et proximi. Per caritatem proximi ad Dei dilectionem pervenitur. a. a. O. S. 53/Z. 21: Ideo praecepit scriptura, ut Deus diligatur et proximus.*

<sup>x)</sup> a. a. O. S. 194/Z. 13 ff.: *Exhortamini illos sobrie, caste, pudice cum omni humilitate et oboedientia Deo servire in bonis moribus et sancta conversatione et relegiosa castitate, et maxime de confessione peccatorum suorum ... a. a. O. S. 218/Z. 4 f.: Quae sunt nostrae victimae pro peccatis a nobis commissis nisi confessio peccatorum nostrorum ...*

<sup>y)</sup> a. a. O. S. 117/Z. 12 f.: *Sunt tempora periculosa, ut apostoli praedixerunt, quia multi pseudodoctores surgent ... a. a. O. S. 240/Z. 1: Et sunt modo tempora, de quibus beatus Paulus praedixit: (1. Tim. 4, 1).*

<sup>z)</sup> a. a. O. S. 276/Z. 34 f.: *Quapropter armate vosmetipsos in scientia veritatis ... ut resistere valeatis contradicentibus veritati. a. a. O. S. 117/Z. 10 ff.: Non confidant in linguae notitia, sed in veritatis intellegentia, ut possint contradicentibus veritati resistere. Sunt tempora periculosa, ut apostoli praedixerunt, quia multi pseudodoctores surgent ... a. a. O. S. 437/Z. 19 f.: ... ut habeant orthodoxae fidei praedicatores, quo possint contradicentibus veritati resistere. De fide s. trinitatis, Migne PL. 101, col. 14 B: ... ut possint veritati contradicentibus resistere.*

<sup>31)</sup> a. a. O. S. 53/Z. 27.

<sup>32)</sup> a. a. O. S. 53/Z. 31.

<sup>33)</sup> a. a. O. Ebd.

<sup>34)</sup> a. a. O. S. 53/Z. 33.

<sup>35)</sup> a. a. O. S. 53/Z. 42.

<sup>36)</sup> a. a. O. S. 54/Z. 1.